

*Aurelius Commodus* (cf. *infra* N. 400. 401. 405). — 2) *Pius appellatur Commodus in nummis ab a. 185, Felix ab anno 185* (Eckhel 7, 111. 114); cf. *etiam vit. Comm. 8.*

**393** imp. Caes. | M. Aurelius | Commodus<sup>1</sup> | Antoninus | Aug. Pius Sarm. | Germ. maximus<sup>2</sup> | Britannicus<sup>3</sup> | pont. max., trib. | pot. VIII<sup>4</sup>, imp. VI, | cos. III, p. p., | pontem Hippis fluminis vetustate corruptum restituit, | sumptum et operas | subministrantibus | Novensibus Delmiensibus Reditis, curante et dedicante | L. Iunio Rufino Proculiano leg. pr. pr.

*In Dalmatia rep. in dextra Cellinae ripa* (III 3202). — 1) *Vocabulum erasum, sed legitur.* — 2) *Post mortem patris Commodus in titulis accurate scriptis (ut infra N. 400. 401) appellatur non Germanicus Sarmaticus, sed Sarmaticus Germanicus, addito ad Germanici nomen maximi vocabulo* (Mommsen *eph. ep.* 2, 1001). — 3) *Britannicus videtur Commodus appellatus esse a. 184* (Eckhel 7, 112). — 4) *Tribunicia potestas Commodi plerumque, et certe iam a. 178, computata est ac si eam accepisset d. 27 Nov. 176 (quo die imperator appellatus est, vit. Comm. 12, cum re vera tribuniciam potestatem accepit anno demum 177, cf. Mommsen Staatsr. II<sup>3</sup> p. 801 not. 2), ut trib. pot. VIII fuerit anno 184 (vel potius 10 Dec. 183/184).*

**394** imp. Caes. M. Aurel. Antonino Aug. [Commodo] Germa. Sarm. max., trib. pot., | imp. VII, cos. III<sup>1</sup>, p. p., vexill. | leg. XV Apoll. sub Caelio Calvino leg. Aug. pr. pr., curam | agente Licinio Saturnino trib., | et Aurel. \*Labrase<sup>2</sup>  $\text{D}^3$  leg. eiusdem.

*In Armenia maiore rep. prope Edschmiadzin loco dicto Vagharschaput (olim Valarsapa, teste Mose Chorenensi): edidit Bartholomaei dux copiarum Russicarum (inde III 6052).* — 1) *Imperator septimum Commodus dictus est a. 184, octavum a. 186* (Eckhel 7, 112. 116), *consul quartum fuit a. 185, quintum a. 186; unde apparet titulum positum esse a. 184 aut 185.* — 2) *Nomen corruptum.* — 3) *Centurione.*

**395** imp. Caes. M. [Aur. Commodus An]toninus Aug. Pius Sar[mat. Germ.] | Brit. pont. max., trib. pot. X<sup>1</sup>, [imp. VII] | cos. III, p. p., ripam omnem bu[rgis] | a solo extractis, item praes[idi]s per loca opportuna ad clandestinos latrunculo[rum] transitus oppositis, | munivit per !!!!!!!!!!!!! ; !!!!!!!!!!!!! ; orm !!!!!!!!!<sup>2</sup>

*In Pannonia ad Danuvium non longe ab Aquinco rep. (III 5385). Duorum aliorum exemplorum eiusdem inscriptionis fragmenta prodierunt in eodem limite, ab Aquinco meridiem versus, ad vicum Duna-Pentele (ubi fuit Intercisa) (Domaszewski arch. ep. Mitth. 15 p. 141).* — 1) *A. 185,* — 2) *Erasum nomen legati. Eum Borghesius pulavit alterum ex Perennis praefecti praetorio occisi circa a. 185 filii, quibus exercitus Illyrici a Commodo traditos esse narrat Herodianus 1, 9.*

**396** imp. Caesar M. Aurel. Commodus | Antoninus Aug. P. Germanicu[s] Sarmaticus Britannicus | maximus, securitati provincialium suorum consulens, | turres novas instituit et veteres refecit oper[a] militum | [s]uorum, | curante Cl. Perpetuo proc. suo.

*In Mauretania prope Auziam rep. (Eph. ep. 5, 952. 7, 491 vidit Purgold).*